

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon  
pharmaceutico-chymicum**

**Spina, David de**

**Francofurti ad Moenum, 1700**

[Antimonium]

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

burra vitiosorum humorum exturbanda videtur; Unde in morbis Chronicis, febre quartana, tertianis intermittentibus, Melancholia Hypochondriaca, Ictericitia, & ubicunque humor biliosus & Melancholicus infixus prædominatur, auxilio est. *Vid. corp. ph. p. 331. a.*

Anisum solutivum solidum *Zwelfferi.*

Recep. Sacchari Canar. albi ℥viii.

Solvatur & coquatur cum *aq. Anisi* ℥. q. ad consistentiam Tabulati, cui, dum parumper refrigerit, adde: *Pulv. sem. anisi* ℥℞. *Nuc. Moschatæ* ℥ij. *Diagridii sulphurati amygdalis probe subacti* ℥℞. *Galapp. Radic.* ℥v. *Cremoris Tartari* ℥ij.

Fiat confectio in morsellis vel tabulis.

In operationibus coincidunt hæc rotulæ vel Morselli cum superiore confectioe anisi solutivi. Dosis sunt ℥ij. ad ℥℞. *Vid. corp. ph. p. 344. a.*

Antimonium Diaphoreticum Solare  
*Zwelfferi.*

Recip. *Reguli antimonii purissimi* ℥ij. *auro fini* ℞ *purissimi* ℥ij. fundantur in crucibulo igne forti, & illico effundantur in mortarium calidum, ne cedat denuo *Regulus.* Hujus *Reguli nunc aurati* ℞ *subtiliter triti* uncii duabus circiter adde:

*Nitri purissimi* ℥j. *Cremoris Tartari* ℥v.

Mixta hæc & in pulverem redacta, detonent paulatim (uti loquuntur Chimici) h. e. cochlear unum post aliud, hac mixtura plenum prunæ vel crucibulo candenti inspergendo, Peractâ hac primâ calcinatione, massa residua in pulverem iterum conterendo, redigatur, additisque illi porrò:

*Nitri*

*Nitri purissimi ℥j. Cremoris Tartari, ℥℥.*

Denuo, uti prius, detonent, sed in crucibulo jam cadente, intra primas collocato, paulatim etiam mixturam inspergendo.

Et hæc recentium specierum, nitri scilicet, & Tartari ad massam residuam additi, ut & detonatio seu calcinatio, in crucibulo ignito & cadente, tertia vice repetatur.

Massa hinc residua & in pulverem redacta, edulcoratur sæpius affusa tepida aqua, quoad omnis auferatur falsedo: pulvis vero infundo albus relictus, separata studiose, per decantationem aquâ falsâ exsiccatetur, ac crucibulo immixtus, tribus vel quatuor horis igne aperto moderatè calcinetur ad majorem fixitatem & vim sudoriferam & alexipharmacam ipsi conciliandam. Et sic efficitur pulvis subtilis, elegans, diaphoreticus & cordialis in peste febribusque malignis præstans. Dosis à ℞. ad ℥j. & ℥℥. *Vid. corp. ph. p. 277. a.*

### Antimonium Tartarisatum Diaphoreticum

*Hoffmanni.*

*Recip. Olistartari & antimonii diaphor. albi fixi ana ℥ij. miscè, indantur +lo ponanturque in ignem patentem dum simul liquefacta fluant per horam dimidiam, materia refrigerata trita imponatur tabulæ marmoreæ in cella subterranea, resolvetur in ol. flavum ejus ℥j. instilla paulatim Spirit. vitrioli ℥℥. eo plane modo, quo fit tartarus vitriolatus. Pulvis exsiccatetur, teratur subtilissimè.*

Hic juxta vim suam diaphoreticam habet etiam apertivam & diureticam. *Vid. corp. ph. 277. a.*

B

Antio

## Antimonium Diaphoreticum vulgare

*juxta Lemery.*

Pulverisa & accuratè permisce *antimonii* partem unam *nitri purgati* partibus tribus; cujus mixtura cochlear unum conjice in crucibulum inter carbones ardentes candens, fiet quædam detonatio, qua peracta aliud cochlear conjice, sicque perge donec pulvis omnino in crucibulum fuerit coniectus, adhibe circum circa violentissimum ignem, in quo maneat per horas duas, hinc conjice tuam materiam, quæ alba erit, in fictile ferè aqua fontana repletum, ibique calide maceretur per horas 12. ut ibi solvatur nitrum fixum: liquorem per inclinationem effunde, pulverem album in fundo existentem lava aqua calida quinquies vel sexies, hinc exsicca: & hoc dicitur antimonium diaphoreticum minerale, vel calx antimonii.

Vim habere dicitur hoc excitandi sudorem, veneno resistendi, & per consequens valere adversus febres malignas, variolas, pestem aliosque contagiosos morbos: Datur à granis 6. ad 30. ex liquore convenienti. *Vid. corp. ph. p. 273. a.*

## Vitrum Antimonii album.

*Recip. Antimonii p. j. Borracis p. ij. vel iiij. funde aliquandiu, sic assumit colorem primo citrinum, postea album. Effunde ut in vitrum abeat. Basil.*

**VIRE.** Vitrum antimonii humores crassos, viscidosque ejicit in ventriculo vicinisque locis superfluos, idque per vomitum & per alvum. Resistit quoque venenis in peste, præcipue sicum  $\dagger$  propinetur, quippe hac ratione & sudorem ciet: utile quoque est in febris putridis ac malignis, Hydrope &c.

Ufus & dosis: datur à gr. 2. ad 4. in infusione à gr. 3. ad. *Vid. corp. ph. p. 266. a.*

Vitrum

## Vitrum Antimonii rubeum.

NB. Si vitrum Antimonii miscueris cum Sulphur. citrino ac fuderis in vitrum, hoc ipsum rubescit. Alii fundunt cum Arsenico, sed præstat ab hoc abstinuisse. Vid. corp. ph. p. 266. a.

Vitrum Antimonii nigrum Extemporaneum  
S. Closs.

Recip. Mineræ Antimonii ℥ij. liquecat, in ℥lum injice per cochearia aliquid de mixtura ex sal. com. de crepit. sal. nit. & cap. mort. ∇ communis composita ana ℥ij. absumptis pulver. affundatur ℥ in pelvim aut mortarium calens. Habebis vitrum nigrum purificandis metallis aptissimum. Si ℥ij ℥B, addatur, repurgat ○ instar Reguli ℥ij, & ad purificanda metalla erit admodum idoneum. Vid. corp. ph. p. 266. a.

## Vitrum Antimonii Zuvelfferi.

Recip. Antimonii Hungarici ℥xviiij. Auri purissimi ℥B.

Liquefiant vel fundantur simul in crucibulo, donec aurum ab antimonio devoratum vel absorptum sit; Hinc protinus effundatur Antimonium, ne aurum in Regulum abeat & separetur.

Redigatur postea in pulverem subtilem auratum hoc Antimonium, & (uti superius, in simplicis vitri præparatione ostensum) tribus vicibus probe calcinetur, donec non amplius concresecat, aut in grumos abeat, neque fumum exhalet & eructet.

Peracta hac calcinatione, immittatur protinus crucibulo, ignique fusorio, ut liqueatur, tradatur, superinjiciendo particulam unam atque alteram Sulphuris quo citius nempe purificetur, & perspicuum fiat; rudicula ferrea aliquoties explorando. Hoc habito si-

gno, effundatur in pelvim cupream, & sic vitrum rabicundissimum, Rubini instar, evadet, pro tinctura Antimonii extrahenda aptissimum. *Vid. corp. ph. p. 266. a.*

**Aqua Acoustica Mindereri à Zuvelffero correcta.**

**Recip.** Herb. rec. Majoran. orig. polii mont. rorism. rut. salv. hort. fl. rec. lavend samb. ana mss. spic. Rom. p. j Bacc. lauri jun. ana ℥ss rad. ir. flor. cyper. ror. valer. levisf. ana ℥ij. sem. fan. raph. ruta ana ℥℔. prius contus. cum portiancula aq. epil. Lang. castorei galb. an. ℥iij nuct. persic. prius ad pulvis form. contus. cum portianc. aq. epil. Lang. vel sp. jun. ℥iij. cap. contus. ℥iiss. camph. ℥j. his omnibus incis. & com. super affunde sp. urin. pueror. vel sim. urina capra vel urina saltem ℥j. succ. raph. aq. vit. Lang. ana ℥iij. sp. bacc. jun. ℥vj. brevi dig. pramissa dest. per alemb. vitreum, addendo spir. ros ℥℔. prodest in aff. aurium. *Vid. corp. ph. p. 63. a.*

**Aqua Alexipharmaca sive Angelicæ pesti-  
lentialis le Mori.**

**Recip.** Radicum Angelica, Petasidis, Valeriana, Imperatoria ana ℥ij. Sem. Angelica, Levistici, Bacc. junipers an. ℥vj. Spir. vini Gallici pint. ij.

Mista destillentur ad medias vel & absque destillatione servetur infusio; quæ etsi sit saporis minus grati sudores tamen eo melius movet.

Dosis coch. ℔. ad j. tempore morborum contagiosorum. *Vid. corp. ph. p. 65. a.*

**Aqua Alexipharmaca Amstelodamensis.**

**Rec.** Nuc. ingl. im. at. cum cort. virid. mense Jun. coll. ℥iiv. contus. addæ herb. cardb. meliss. rut. scab. scord. ana